



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 132. Britanniae Dux ob suum Ducatum Galliarum Regi clientelam
professus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. CXXXII.

Sæcul. XV.
A. C. 1446.

*Britanniæ Dux ob suum Ducatum
Regi Galliæ clientelam pro-
fessus.*

Prorogatis Galliam inter & Angliam induciis, Rex Carolus VII. hujus otii opportunitate usus, Cainonem petiit, ubi Franciscum I, qui recens Patri suo Joanni VII. in Britannia Dux successerat, excepit, ut fidem ac clientis obsequium pro Britanniae Ducatu, & Montfordiæ Comitatu profiteretur, iisdem tamen omnino servatis conditionibus, quibus antehac ejus Prædecessores Britanniae Duces Regibus Franciæ ejusmodi subjectionis professionem edere consueverant. Absolutis hisce solemnibus Rex condonati criminis tabulas confici jussit, quibus Britonum Optimates a quacunque conjuratione cum Anglis durante bello sancita absolvit. Ducem vero multis amicitiae signis, atque obsequiis cumulavit, quibus devictus, lætoque animo in Britanniam rediit, & haud minoris erga Gallos affectus plurima dedit specimina. Cum vero Petrus, & Ægydius ejusdem Ducis Fratres ex Paterna hæreditate nonnisi parem cum Fratribus natu minoribus portionem accepissent, rem ægerime ferebant, & Ægidius non salutato